



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniae Agrippinae, 1707**

Q. 130. An Superior, si rogetur & possit, teneatur dispensare in votis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42515**



- » peregrinationis ad limina Apostolorum  
 » ad S. Jacobum Compostellam, & Ultra-marini  
 » five in Terram Sanctam, v. *Bonac. Lesf. Laym. ll. c.*

## A D D E N D A.

538 Q. 130. *An Superior, si rogetur & possit, teneatur dispensare in Votis. R.* Quæstio procedit de dispensatione circa quascunque materias, unde universaliter loquendo, §. 1. Si rogetur propter necessitatem spiritualem extremam vel gravem dispensandi, tenetur, hinc *Suar. de Leg. L. 6. c. 18. num.* rectè ait posse de Jure naturæ esse debitam dispensationem, imprimis quando est necessaria ad commune bonum, vel ad vitandum publicum scandalum, vel ob similem causam, uti satis colligitur ex *Cap. Ut constitueretur, 26. Dist. 50.* Deinde etiam subinde tenetur ex officio, si dispensatio fuerit necessaria ad spirituale bonum postulantis, vel ad vitandum grave periculum animæ, quod Prælati ex officio tenentur providere periculo subditorum, estque sæpe obligatio Justitiæ, & sæpius Charitatis, uti colligitur ex dictis *L. 2. n. 174.* ubi n. 175. explicatum est, quandonam censetur adesse necessitas extrema vel gravis spiritualis apud Proximum.

539 §. 2. Quamvis non sit necessitas gravis, si tamen adsit sufficiens causa, Superiorem teneri dispensare docent *S. Antonin. Silv. Rebuff. Armil. Rosel.* aliique quos referunt *Suar. n. 19. Sanch. de Matr. L. 3. D. 10. n. 1. Castr. T. 3. d. 6. p. 8 §. 2. n. 8,* quibus consentit *Tamb. L. c. 16. §. 4. n. 12,* quia hæc potestas est ipsis commissæ in bonum Reipublicæ & subditorum, valétque hæc communis regula, quòd Superiori conveniat omnium utilitati prospicere: sed meliùs dicunt *Sanch. num. 3. Suar. n. 20. Sal. aliique cum Castr. n. 1.* Superiorem non teneri semper dispensare, quando



adeft causa fufficiens, quia sæpe non eft ita urgens, quin ferè æqualiter urgeat causa non difpensandi, fed fervandi Legem communem, & uti Superior non femper tenetur ferre Legem, licèt futura effer ad bonum commune, cùm poffit aliter profpicere bono communi, ita & hic: unde hi Authores cum *Busenbaum* relato Lib. I. num. 796. ponunt iftam regulam generalem, tunc Superiorem teneri difpensare, quando bono communi vel speciali graviter conducit, neque alia causa in contrarium præponderat, qualis poffet effer bonum univerfaliffimum Communitatis, ne tales difpensationes paffim petantur & c: quando autem id ita conducit, relinquendum eft prudentiæ & iudicio Superioris.

Q. 131. *Quid præterea circa difpensationem Votorum* 540  
fit notandum. R. De hac dicta sunt multa L. 1. à n. 797, quæ videri debent: hic præterea notari poffunt feqq.

§. I. Dari in Ecclefia potefatem difpensandi, docent SS. PP. & Theologi communiter ex illo Matth. 16. v. 19. *Quodcunque folveris super terram &c.* Item Cap. 18. v. 18. *Quaecunque folveritis super terram erunt foluta & in cælo*: Pertinebat enim hoc ad rectam Ecclefie gubernationem & falutem animarum:

§. 2. Difpensans in gravi Voto finè causa peccat 541  
mortaliter, quia in re gravi arrogat fibi potef-  
tatem, quam non habet, *Tambur. L. 3. c. 16. §. 4. n. 12.*  
Ad iuftam autem causam requirit *Valent.* difficul-  
tatem exequendi & grave periculum violandi:  
Addunt aliqui, ut difficultas notabilis fit causa  
difpensandi, necesse effer, ut non fuerit prævifa;  
tamen licèt fuerit prævifa, adhuc putat *Tamb. n. 18.*  
probabile effer, quòd fufficiat; additque cum *Laym.*  
& aliis fufficientem causam effer; non tantùm  
fi fit periculum lapsus, fed etiam fi speretur  
major